



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

7. An Consuetudo immemorialis adversus legem praescribere poßit, etiam dum lex derogatoria consuetudinis utitur clausula hac generali: Consuetudine qualibet contraria non obstante? An Consuetudo quam ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

do non est legitimè præscripta, peccent; quia nullâ ratione excusantur: Lex enim obligat, dum contraria consuetudo non est legitimâ præscriptione introducta: Quam opinionem pariter extendendam censeo ad casum, in quo lex præscriptioni seu contrariæ consuetudini resistit: nam præscriptio ex Legislatoris seu Princis voluntate vim suam accipit: ergò eo resistente procedere non potest, quare hanc regulam tradunt *Innocentius & Abb. n. s. inc. ult:* *Consuetudo contra legem non vallet, si lex resistat* *Menoch: de arbitr. q. libr: 1. Casu 83. Sylvest. verb: Consuet: q. 2. & argum: c. 1. de Consuet: in 6. & c. 1. & 2. de præscript: eodem.*

7. Controverti potest ex principiis prioris theses, an consuetudine immemoriali, id est, cuius initii nulla extat memoria, adversus talem legem præscribi potest? *Resp: 1.* Si lex derogatoria consuetudinis utatur clausula illa generali *Consuetudine quâlibet contrariâ non obstante, & nihil aliud exprimat aut significet, videatur tantum tollere consuetudines existentes, non autem se extendere ad futuras,*

ras, ideoq; nihil obstat aduersus talem legem etiam receptam præscribi.

*Resp: 2.* Si lex generali clausula prohibeat quamcunq; consuetudinem contra legem induci, & nihil aliud significet, non censetur. *Abb:* in cap. ult: n. 35. de præscript. *Covar: 3. resol. c. 13. n. 5. Mascard: de probat: Concl: 1371. num. 45.* tali prohibitione comprehensa consuetudo immemorialis, siquidem hæc majorem quam aliæ consuetudines vim, & authoritatem habet. *L. hoc jure §. aqueductus ff. de aqua quot. & est: ergo necesse est, ut ei specialiter & expressè per legem derogetur. Resp: 3.* Si lex præsertim Canonica non prohibeat tantum, sed reprobet & damnet consuetudinem tanquam irrationalē, intelligitur etiam de immemoriali, ut apertè constat ex cap: 1. de consuet: in 6. ubi corruptela vocatur consuetudo immemorabilis, quâ aliquis sine sedis Apostolicæ dispensatione duos personatus, dignitates, vel officia perpetua unâ cum Canoniam five præbendâ in eadem Ecclesia obtinet. Nam præscriptio aduersus legem consuetudine perfici debet, cum consuetudo fa-

C c                    &ti

Eti sit quasi via ad præscriptionem sive consuetudinem Juris præscriptam. Ex quo sequitur, si consuetudo à legibus irrationalis & iniqua judicata fuerit, non posse ex ea præscriptionem, sive consuetudinem Juris præscriptivam oriri, nisi, ut aliqui excipiunt apud Rochum, consuetudo inducatur sciente ac paciente Principe: quod licet alias verum sit, tamen non puto esse propriè dictam exceptionem à doctrina traditam, si enim Princeps sciens, consuetudinem permittat adversus legem induci, cum illam, si vellet, prohibere posset, tunc lex non propriè per præscriptionem, sed per tacitam Principis revocationem abrogatur, ut proinde mirum non sit, neq; legitimi temporis diutinatem, neq; bonam fidem in hoc causa requiri.

8. Verum hoc loco objectio solvenda est: Nam quidquid per privilegium aut dispensationem Principis obtineri potest, id etiam per consuetudinem temporis immemorialis introduci posse videtur, quia tanti temporis possessio vel consuetudo facit præsumptionem tituli seu privilegii